IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 57v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



posuisti dies meos et substancia mea que in adam pec-
cante corrupta est tamq̄ nichilum est in comparacione
ad te qui eternus es
Bene dixi q̄ uita mea in conspectu tuo sit quasi non sit
non solum ꝓpter breuitatem sed eciam propter vanitatem
Omnia enim que apud nos sunt vanitas, omnia
enim sunt subiecta mutabilitati et sic eciam est va-
nitas
Licet omnis homo viuens hic sit vanitati subiectus
Verumtamen in ymagine dei ad quam formatus est
semp stabilis pmanet quia illa nūqm delet in homine
et nichilominus a puritate mentis in actibus seculi deducit
ubi caducis desideriis turbatus varia sollicitudine co-
funditur
Vere frustra turbat et stulta vanitate nam Tesauri-
zat et cum magna sollicitudine cupit peritura seruare
maxime cum possessio eorum probet incerta nam igno-
rat cui congregat vtrum s. furibus aut hostibus aut
extraneis aut fisco
Congnita autem seculi vanitate concludit vir iustus
omnem sollicitudinem et spem suam ponendam in deo
dicens Et nunc que est expectacio mea et finis meus
nonne dominus qui est sup omnia, certe ipm solum finem
expecto et substancia diuiciarum conscientie mee apud
te reseruatur
Verum quia nemo eciam iustus in vita pnti est sine
pcto precor te Ab omnibus iniquitatibus meis pteritis
pntibus et futuris erue me, merito eruere debes quia
cū sic cupio q̄ humana contempno q̄ letari in rebus
perituris nolo q̄ pniam ago dedisti me obprobrium v
derisū stulto pctori qui illos magis irridere solitus est quos
bonis moribus pollere cognoscit
Licet apud talem stultum habitus sum obprobrio
Tacui non egi contenciose contra eum nec aperui